



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

De Astrologia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

sed solum vana; puto tunc esse veniale, & universim hanc regulam serva; esse mortale, quando ex circumstantiis advertitur esse gravis officij irreverentia, secus esse veniale.

4. Colligit secundò *ibid.* a. n. 9. falsas sanctorum reliquias intrudere adorandas, vel in signum falsi miraculi, vel Beneficij accepti, tabellas in templo, vel figuræ exponere, falsa item miracula prædicare, vel typis imprimere, esse mortalia. Merito, quia gravis veræ religioni sic infertur injuria: nec excusatio duci potest à bona intentione propagandæ devotionis, cum potius hæc eo modo diminuat, dum aperitur via ad veram negandam; præterquam quod Deus verus honorari mendaciis valde refertur.

5. Colligit denique Sanchez, n. 11. & 12. jejunare die Dominico, nisi id fiat ad confirmandam Manichæorum hæresim contra Christi Domini Resurrectionem, ne veniale quidem esse, quia ablato illo contemptu resurrectionis, adde & ablato aliquo studio singularitatis (quod ex se esset veniale, quodque magis apparet, si comedendo aliis diebus, die Dominico frequenter quis jejunaret) non apparet unde ex se esse colligatur vel levis culpa.

De Idolatria

6. Hæc est illa actio, quæ divinus cultus tribuitur creaturæ, illam ut Deum honorando. Gravissima culpa; & in Baptizato, si sit cum errore intellectus quo putetur creatura illa Deus esse, est, subjecta censuris Bullæ Cœnæ: nam si sit exterior, licet mortale sit, & quidem non vulgare peccatum, est tamen à prædictis Bullæ Cœnæ censuris immunis: sed hæc de idololatria sufficiant, nam cætera satis sit *supra*, c. 1. §. 3. breviter innuisse.

De Magia

7. Magia dæmoniaca est, quæ à dæmone mirabilia quis exposcit vel expectat. Dixi (dæmoniaca) nam magia naturalis, quæ ex scientia, quæ per abditas herbarum, vel similibus rerum naturalium virtutes aliquid mirum agitur cum ea improbanda non sit, hic nequaquam locum habet. Ad hanc magiam naturalem aliqui reducunt Alchimiam, per quam vilia metalla in aurum commutantur; quamvis nonnulli ejusmodi virtutem naturalem adesse profus inficiantur. *lege Delrium lib. 1. de mag. §. 9. i. sect. 2. & 3. aliisque passim.*

8. Solet autem ut plurimum inter magum & dæmonem intercedere pactum: Magus enim abnegat Sacramenta & Fidem, spondetque dæmoni obedientiam: hic repromittit se facturum quod magus ille voluerit. Hoc autem pactum erit expressum, si expressa conventio celebratur inter magum & dæmonem: ac erit tacitum, si magus utatur actionibus mediis magicis non ab ipso, sed ab alio conventis cum dæmone; tunc enim utendo conventis, censetur voluntati dæmonis assentiri, & quod ipso dæmone invocare: utrumque peccatum mortale gravissimum, licet hoc minus grave, & magis excusationis capax, ut ex dicendis constabit, ubi etiam n. 2. & 2. regulæ afferentur ad pactum tacitum cognoscendum. Cætera quæ de magia cognosci à nobis debent, ex dicendis fiet palam.

De Divinatione

9. Est inordinata earum rerum, quæ naturaliter sciri nequeunt, prædictio per media à Divina providentia non constituta: S. Thom. 2. 2. q. 91. art. 1. *lege Aurel. fusè lib. 9. cap. 2. Sanchez lib. 2. in decal. cap. 18.* Hæc media possunt esse varia: Astrologi enim moribus Stellarum utuntur ad occulta prænoscentia: Aruspices avium volatibus: Sortilegi sortium jactibus; &c. Ipsæ item res occultæ sunt variae, nimirum sive præterita, sive præsentia, sed nobis remota, sive futura. Denique alij sunt modi eas res occultas dignoscendi, nam aliquando co-

gnoscuntur cum expressa dæmonum invocatione, aliquando per ejusdem mortuorum resurrectionem, quæ proprie dicitur Necromantia, non raro per signa visa in aqua, appellaturque Hyalomantia, sæpe per eadem apparentia in terra, aëre, igne, diciturque Geomantia, Aeromantia, Pyromantia; Huc etiam reducitur, quando per somnia vana, &c. Cum ergo tam varia sint ejusmodi media, variae etiam diversæque species solent describi Divinationis. Nobis ad praxim dumtaxat spectantibus has innuisse sat est: modò notentur tria, & modò de Astrologia, quæ frequentior est, & de Incomniis separatim differamus.

10. Nota primò: quando intermiscetur expressa dæmonis invocatio; committi alterius speciei peccatum, atque adeò specialiter Confessori aperiendum, immò majus, quam quando est tantummodo tacitum; quia explicitum addit commercium cum dæmone, & subinde promissionem actualem eidem factam, id quod non invenitur in tacito, ut à nobis dictum est in *opus. de conf. lib. 2. §. 5.*

11. Secundò: si divinatio (idem est in cæteris superstitionum speciebus) habeat admistum aliud genus peccati, atque duplici peccato, utroque Confessori aperiendo, peccabitur, v. g. si augurium bonum, vel felices sortes, &c. exquiras ad puellam subornandam, præter divinationem, aderit & peccatum incontinentiæ: Ratio est ex se manifesta.

12. Tertiò: ad cognoscendum, quandònam sit mortalis divinatio, hæc regulam habet: Sive per expressam dæmonis invocationem sciri querantur occulta, sive per tacita. Semper esse mortalem: posse tamen per tacitam, non infrequenter excusari, sed ecce nodus: & quandònam hæc excusatio tandem erit? Evolve. In tribus casibus. Primò, accedente ignorantia excusabili; Secundò, si non fiant ejusmodi divinationes animo invocandi, ne tacite quidem dæmone, sed jocandi: ita Cajet. in *summa*, v. *Divinatio*, modò tamen nello modo expectetur occultorum cognitio tanquam vera. Sic solent excusari, qui sortes mittunt ad cognoscendum qui sit felicius, qui infelicius; jocandi enim gratia id faciunt, non profus credendi: Tertiò, adeit excusatio, si ejusmodi cognitio queratur non à dæmone, sed à naturalibus mediis, & quidem qualis per illa naturaliter haberi potest; præsciendò ab alio inconvenienti non est malum rerum occultarum captare scientiam per media tali scientiæ proportionata, sic apud Divum Thom. 2. 2. q. 95. art. 7. ex quibusdam avium aliorumque animalium cantibus, vel moribus prænantiantur aliqua eventura; ut pluvia, tempestas, serenitas; Imò ex iisdem possunt aliqua, quæ pertinent ad hominem, probabiliter colligi, eadem enim causa, seu constellatio, quæ movet aves, v. g. ad garrutem & motus, movere potest homines ad rixas & bella: ita *Sancti. in dec. lib. 2. c. 3. n. 39.* Hinc quidam Astrologus, & non infimus Theologus, cujus meminit Sanchez *lib. 2. in dec. c. 4. n. 17.* cum impressiones cholerae, aut alterius inordinati motus ex Cæli dispositione metuebat, se occasibus vitæ, aut oratione communire solitus erat.

De astrologia

13. Si ex astrologia queratur quod pertinet ad sanitatem, vel ad temporum mutationem, ut ad ubertatem, sterilitatemve, vel ad naturales hominum inclinationes, vel ad sciendum in communi, qui natus sub tali constellatione faceret, non tamen ad certò sciendum in particulari de hac vel illa actione pendente à libero arbitrio, non erit, ut docet S. Thomas p. 1. q. 115. art. 4. ad 3. culpa, quia naturaliter hæc ab astris cognosci, aliquo tandem modo possunt.

14. Immo ex Toletò *lib. 14. cap. 15.* Valentia 2. 2. disp. 6. q. 12. p. 3. *versam verò ex conditione.* Cajet. in *summa*, v. *Auspicium*, Martin. del Rio apud Sanch. l. c. n. 32. Castro Pal. tom. 3. ar. 17. disp. 1. de *superst. p. 4. num. 6.* si quis per Astrologiam vellet cognoscere aliquod contingens, liberum,

liberum, indicando tamen illam cognitionem esse incertam, & solum conjecturalem, non est mortale, nisi in talibus, quo quis in suis actionibus, praeterquam majoris momenti, ut vellet hac Astrologum regulam ad aliquid facientem, vel vitandum modo magis mox declarando n. 20. item propter eandem rationem dic de Physiognomia, Chironomia & similibus; illud tamen, quod hic evenire non raro solet, advertere.

Si quis cooperaretur in hac materia cum peccato aliter, & solum mortali, & ipsum mortaliter peccatum; Tunc autem cooperaretur, quando licet ipse non nisi incertam cognitionem reputaret, Astrologus tamen à quo illam peti parat, profitemurque esse certam & infallibilem, non facile id tamen suspicabor ab Astrologo Catholicos, & alios pobo.

15. Dices primo. Saltem fore contra Motum per ipsum Sixti V. adversus Astrologos, id contingens liberum, etiam per dictam levem conjecturam, divinam, ut videtur docere Sanchez, atque adeo esse semper mortale.

16. Respondetur, negando id esse contra praedictum in foro interdicti. Ita Castro Pal. l. 2. c. 8. affertur. Saltem in foro interdicti. Ita Castro Pal. l. 2. c. 8. affertur. Valent. del Rio. Quoad Sanchez lib. 2. in Dec. 3. 8. m. 3. 4. fin. vercor, ne is duo asserat sibi non constanter. Quomodo monet Ecclesia in praedictis capitulis (inter quae praedictum Sixti V. motum contra Astrologos posuerat) falsitas asserere ab Astrologia, somniorum, & divinationum observationem, ob periculum in usum illicitum declinandi, ut ve vera nullum praecceptum neque indicere iniquitatis, sed tam solum occultorum Inquisitionem damni, quae jure naturae iniqua erat. Quod constat ex eo quod in his observatur eorum rerum observationem pertinere ad Paenitentiam ritum, & demonis societatem, quod de sola observatione jure naturae interdicta verum est: Ita Cajetanus, V. a. l. 2. c. 8. m. 3. 4. fin. Hec Sanchez.

Ex hoc loco sic ratiocinor: In motu hoc proprio Sixti V. ex Sanchez d. n. 4. 6. non est praecceptum prohibens, nisi de eo quod iniquum est jure naturae: At non est jure naturae iniqua ea cognitio conjecturalis, Ergo hac per ipsum Sanchez non prohibetur, non igitur videtur sibi constare (pace tanti viri) dum contrarium docuit ibidem, tam 34.

17. Quod autem cognitio illa conjecturalis ab astris dicta non sit jure naturae iniqua, & praeterquam quod inde incertum est, quia si ea naturaliter haberi potest, ut habere possit fatetur passim, & colligit ex S. Thom. 2. 2. q. 65. art. 5. in fine corp. alique, Sanchez. n. 3. 4. loc. & docet ibidem S. Thom. p. 1. q. 115. art. 4. ad 3. non apparet, cur ex se iniqua censenda sit, ut ipse Sanchez d. n. 3. 4. initio fatetur nullo jure antiquo esse damnatam, atque approbat, quoad hoc Doctrinam S. Thomae dicentis conjecturalem cognitionem rerum pendente ab ardictio, posse haberi ab astris.

18. Dices secundo saltem futurum mortale, si hac ut probabilis, nec solum ut conjecturalis praedicatur.

Respondetur, ita docet Sanchez ibid. n. 3. 3. quia sic transmittitur vis astrologum, qui solum conjecturas leves patitur, non probabiliter: Addit tamen id ita esse, quando ut probabilis ex metis astris praenuntiantur, si enim cum astris consideretur temperamentum personae, qualitates, circumstantiae, &c. tunc non est saltem mortale aliquid liberum contingens probabiliter asserere: Quia hoc non est (inquit) divinatio, sed providentia: Hec ex Sanchez consentitque Castro Palas tam 3. tr. 17. diff. 1. de superfl. p. 4. n. 6.

Facile ergo poterit à peccato recedere Astrologus, cumque consultus, si dum hac ut probabilis enuntiat, non alia solum consideret, sed praedictas circumstantias: cognitio enim, v. g. personae nobilitate, ingenio, bonis moribus, bona, gratiaque indole, similibus, statim ac videt portendi per astra hunc fore, v. g. Praelatum, poterit ut probabile praenuntiare cum, si Clericatum assumat, Romaeque in Curia versetur, litterisque, ac bonis artibus operam navet, fore, ut in Praelatum eligatur.

19. Confirmantur quae dicta sunt, quia video viros pietate, doctrina non mediocres ab Astrologis sui Natalis figuram, suosque particulares futuros eventus non cum stupulo expolentes, dum nec ipsi, nec Astrologi praedictam cognitionem modo dicto, transmittant.

20. Quid si is, cui talia praedicantur, regi se in suis actionibus velit secundum illa?

Respondetur: si cum infallibili credulitate id faciat, peccabit mortaliter, ut patet ex dictis. Idem censetur si velit quis in suis actionibus Temper vel frequenter à praedictis cognitionibus regi, quia est signum certae credulitatis adhibita, vel periculum in illam incidendi, committiturque cum demone: ita Sanchez lib. 2. in Dec. cap. 38. n. 21. At semel vel iterum, & quidem sub incertitudine eventus, non transcendit culpam venialem, quia non videtur magna deordinatio aliquid aliquando operari ob spem, vel timorem etiam levem alicujus rei: ita ibid. n. 22.

Certe cum, cui praedicatur, modo dicto, praelatura, non condemnarem saltem de mortali, si adire Romam velit; ad illam sub aliqua spe, non vero certitudine expectandam: nec hominem, qui praedictum ex astris fuit, ipsum hoc anno periclitaturum in aqua, & eo tempore à navigando abstinere: nec eum, cui morbum anno, v. g. vigesimo primo suae aetatis, ratione nuptiarum, comminantur astra si eas tunc respuat celebrare: nec illum, cui ex iisdem nunc promittitur fortunatus negotij eventus, si nunc illud aggrediatur: Hec enim non ut certa, sed solum ut conjecturalia modo explicato credere, atque expectare non videtur ullo jure prohibitum, id quod confirmabis ex Suario de infomniis, de quibus jam subjungo.

De Infomniis: ubi obiter;

De Temeris in somno ostensis.

21. De infomniis satis sit id afferre, quod lego apud Suar. t. 1. de Rel. tr. 3. lib. 2. de superfl. c. 13. n. 25. Potest hoc peccatum inquit, credendi infomniis à gravitate mortali excusari, quando homo non omnino credit rem in somno ostensam esse veram, sed futuram, & nihilominus aliquid operatur ratione talis somni, quod alias motum non est, nec contra praeccepta Dei, vel Ecclesiae (et ita non potest obesse, potest autem prodesse) ut evitet aliquod malum, quod somnium minatur, vel quid simile: tunc enim, licet sit aliqua levitas, vel simplicitas, aut nimia timiditas, non apparet gravitas malitia, quia ille non tam credit illud esse à Deo, vel esse verum, quam posse esse: in quo multo minus erroris est, licet multum sit vanitatis. At vero si quis ita sit observatur somniorum, ut ordinare per illas indicationes, vel divinationes in agendis negotiis gubernetur, non potest excusari à gravi culpa, & superstitione: nam hac observatio augurii comparatur, &c. Hec ille. Noto autem illud (et similia) nam sicut ad malum avertendum, ita ergo erit ad lucrum acquirandum.

32. Narravit mihi quidam amicus, bis, vel ter admonitum se olim fuisse in somnis à puella sibi incognita, ut ad certum locum accederet, ibique aliquantulum terram fodiret: nam certo in ollam auro plenam incidere. Rex ergo secunda, seu tertia monitione adolescens ad locum se contulit, & ollam quidem invenit, sed nigris carbonibus plenam. Inquiro: peccavitne hic mortaliter? certe nequaquam, propter Doctrinam ex Suario modò allatam.

Quid si sibi is persuasisset puellam illam non fuisse, quidem à Deo, sed à demone immisam; Neque peccasset mortaliter quia ipse cognitionem illius ollae à demone non inquisivit, sed solum scientia jam habita usus est, quod non esse peccatum paulò post §. 3. de malefic. n. 11. per occasionem dicam.

De vana Observantia.

24. De hac specie prius breviter aliqua in unum redigam, quae apud Autores invenio, mox addam, si Deo